Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et licet fere in omnibus actionibus posiciones
sunt formande secundum spe(culatorem) in spe(culo) de tractatu
de libellis cum utile est visum est hec doctrina
tradere generalibus. Sed tamen quia rei sciendum est
quod in plurimis locis non fiunt posiciones sed
lite contestata proposito quod in mancto statim
iudex super singulos articulos libelli reum in-
terrogat qui si negaverit interroget actor
testes eodem modo super quolibet membro libelli.
Sed curia Romana aliter observat nam lite contestata
proposito quod in mancto actor format posiciones
que sunt de mente libelli. Super quo scias quod
quandoque fiunt posiciones ante litem contestatam super
exceptionibus puta super exceptione excommunicacionis
ut ponatur etc.

Posicio super exceptione excommunicacionis

Coram vobis domine iudex dico quod talem
clericum excommunicatum esse ideoque non esse
in causa quam contra me movet audiendum. Si
igitur ille neget se esse excommunicatum vel se
non percussisse vel illum clericum non fuisse
Excipiens sic formabit posiciones. Pono
quod percussisti talem clericum. Item quod in tali
parte corporis. Item cum pugno vel cum ba-